



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

VII. Apparet tribus Marijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Hac cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quaris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si in sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria: conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister) dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum; Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis: quia visit Dominum, & hac dixit mihi.

CAPVT VII.

Apparet tribus mulieribus.

FIGURA. I. Reg. 18. 6. 7. Mulieres Ierusalem & Iudæ occurrunt cum citharis & choris redeunti Dauidi, post occisum à se Goliad.

VERITAS. Matth. 28. 9. 10. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilaam, ibi me videbunt. 1. Cor.

15. 4. 5. Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas:

& quia visus est Cepha, & post hoc undecim.

\* \*  
\*

li 3 CAPVT